

AÑO 34. Martes 1.^o de Febrero de 1887. N.^o 3.^o

†

BOLETÍN ECLESIÁSTICO

DEL OBISPADO DE

SALAMANCA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS,

DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII.,

EPISTOLA ENCYCLICA

AD EPISCOPOS LVSITANIE.

VENERABILIBVS FRATRIBVS PATRIARCHAE LISBÓNENSI, ARCHIEPISCOPI
ET EPISCOPIS VNIVERSIS IN REGIONE LVSITANA.

LEO PP. XIII.

(CONCLUSIÓN).

Ex altera parte ii qui sacra auctoritate pollent, quae-
cumque pro munere suo acturi sunt, sic agant, ut ipsis
plane fidere se posse ac debere rectores civitatis inte-
lligant, nec ullam sibi oblatam caussam putent retinen-
darum fortasse legum, quas interest Ecclesiae non re-
tineri. Suspicandi, diffidendi locum plerumque praebet

politigarum concertatio partium: idque vos satis experiendo cognovistis. Profecto catholicorum hominum et nominatim Clericorum primum maximunque officium est, nihil unquam, nec re suscipere, nec opinione proferi, quod ab obsequio fideve Ecclesiae dissentiat, aut cum conservatione iurum eius consistere non possit. Quamvis autem fas enique sit suum de rebus mere politicis iudicium, modo ne religioni iustitiaeque repugnet, honeste legitimeque tueri, tamen videtis, Venerabiles Fratres, perniciosum errorem eorum, si qui sunt, qui rem sacram remque civilem non satis secernant religionisque nomen ad politicarum partium trahant, patrocinium.

Igitur prudentia ac moderatione adhibita, non solum nullus erit suspicionibus locus, verum etiam firmius consistet illa catholicorum vehementer a Nobis expedita consensio. Quae si antea difficilior ad impetrandum fuit, ea de causa fuit, quod nimis multi plus forsitan, quam par esset, tenaces sententiæ suæ, nihil unquam nullaque ratione a studio partium suarum recedendum putaverunt. Quae quidem studia, tametsi intra certos fines improbari nequeant, adoptionem tamen supremæ illius atque optatissimæ conjunctionis valde impediunt.

Vestrum itaque erit, Venerabiles Fratres, omnem industriæ diligentiaeque vim illuc intendere ut, prudenter amotis quæcumque obstare videantur, salutarem concordiam animorum consiliis. Idque commodius ex sententia succedit, si in re tanti momenti, non disiuncte, sed collatis in unum curis, manum operi ad moveritis. Quamobrem opportuna in primis videtur communicatio et societas consiliorum inter vos, ut agendi ratio similis existat. Quinam vero consiliorum

delectus sit habendus, quid proposito conducat aptius, haud ægre dispiciens, si vobis ob oculos veluti normam proposueritis quæ identidem ab Apostolica Sede de huiusmodi negotiis declaratae præscripta sunt, maxime vero litteras Nostras Encyclicas de constitutione christiana reipublicæ.

Ceterum non omnia singulatim persequemur, quæ idoneum remedium desiderant, præsertim cum ea sint exploratoria vobis, Venerabiles Fratres, quos incommodorum vis proxime et præ ceteris urget. Similiter nec ea enumerabimus, quæ tempestivam civilis potestatis operam postulant, ut rei catholicæ, quo modo æquum est, consulatur. Cum enim nec de paterno animo Nostro, nec de vestro legibus civilibus obsequio dubitare queant, rectum est confidere, fore ut gubernatores civitatis iusto pretio æstiment propensionem Nostræ itemque vestræ voluntatis, Ecclesiamque, multis causis afflictam, in libertatis dignitatisque debitum gradum restituendam curent. Nos autem quod est partium Nostrarum, paratissimo semper animo futuri sumus agere communique consensu statuere de negotiis ecclesiasticis quod maxime opportunum videatur, honestas et æquas conditiones libenter accepturi.

Quædam alioqui sunt, eaque non parvi momenti, quibus nominatim debet industria vestra, Venerabiles Fratres, mederi. Ejusmodi in primis est paucitas sacerdotum, ex eo maxime profecta, quod pluribus locis, nec brevi annorum intervallo, vel ipsa Seminaria alumnis sacrorum instituendis desiderata sunt. Hac de causa, sæpe vel christianæ institutioni multitudinis, vel sacramentorum administrationi vix ægreque consultum. Nunc vero, quoniam divinæ providentiae beneficio

in Diœcesibus singulis sua sunt Clericorum Seminaria, et ubi nondum restituta sunt, brevi, uti speramus et cupimus, restituentur, supplendi collegia sacerdotum in promtu est ratio, si modo disciplina alumnorum ea, qua decet, ratione constituta sit. Quam ad rem plane confidimus cognitâ Nobis prudentiâ sapientiâque vestrâ: sed tamen ne consilium Nostrum in hoc genere desideretis, dicta vobismetipsis putatote, quæ venerabiles fratres Hungariæ Episcopos panlo ante in causa simile perscripsimus: «Omnino in instituendis clericis sunt duæ res necessariæ, doctrina ad cultum mentis, virtus ad perfectionem animi. Ad eas humanitatis artes, quibus adolescens ætas informari solet, adjungendæ disciplinæ sacræ et canonicæ cauto, ut earum doctrina rerum sana sit, usquequaque incórrupta, cum Ecclesiæ documentis penitus consentiens hisque maxime temporibus, vi et ubertate præstans, *ut potens sit exhortari..... et eos, qui contradicunt, arguere.* Virtæ sanctitas, qua dempta, inflat scientia, non ædificat, complectitur non solum probos honestosque mores, sed eum quoque virtutum sacerdotalium chorum, unde illa existit, quæ efficit sacerdotes bonos, similitudo Iesu Christi, summi et aeterni sacerdotis.... In iis (Seminariis) maxime evigilent curæ et cogitationes vestræ: efficite, ut litteris disciplinisque tradendis lecti viri præficiantur, in quibus doctrinæ sanitas cum innocentia morum conjuncta sit, ut, in re tanti momenti, eis confidere iure optimo possitis. Rectores disciplinæ, magistros pietatis eligitе prudentia, consilio, rerum usu præ ceteris commendatos: communisque vitæ ratio, auctoritate vestra sic, temperetur, ut non modo nihil unquam alumnis, omnibus, qui offendant pietati

contrarium, sed abundant adiumentis, quibus alitur pietas: aptisque exercitationibus incitentur ad sacerdotalium virtutum quotidianos progressus».

Deinde vero vigilantia vestra debet maxima et singularis esse in presbyteros, ut quo minor est operiorum numerus, eo sese impertiant in excolenda vinea Domini alacriores. Illud ex Evangelio *messis quidem multa*, vero de vobis usurpari videtur posse, propterea quod religiosam institutionem semper Lusitani homines adamare consueverunt, eamdemque cupide et libenter excipiunt, si in sacerdotibus, magistris suis, ornamenta virtutum doctrinæque laudem inesse perspexerint. Itaque mirum quantum profutura Cleri est opera in erudiendis popularibus suis, maxime adolescentibus, digne studioseque posita. Sed ad pariendum alendumque in hominibus amorem virtutis, exploratum est, valere maxime exempla: propterea que curent, quotquot in munib[us] sacerdotalibus versantur, non solum ne quid in ipsis deprehendatur ab officio institutoque ordinis sui dissentiens, sed ut morum vitæque sanctitate emineant, *tamquam lucerna super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.*

Tertium denique genus, in quo curas vestras opportet assidue versari, earum rerum est quæ, mandatae litteris, in singulos dies, aut statis temporibus in lucem prodire solent. Nostis tempora, Venerabiles Fratres: ex altera parte rapiuntur homines inexplebili cupiditate legendi; ex altera ingens prave scriptorum colluvio licenter effunditur; quibus causis vix dici potest, quanta labes honestati morum, quanta religionis incolumenti quotidie ruina impendeat. Itaque hortando, monendo, omni qua potestis ope et ratione persevera-

te, ut facitis, ab istiusmodi corruptis fontibus homines revocare, ad salubres haustus adducere. Plurimum iuverit, si cura ductuque vestro diaria publicentur, quæ malis venenis undecumque oblatis opportune medeantur, suscepto veritatis, virtutis, religionis patrocinio. Et quod ad eos pertinet, qui scribendi artem cum amore studioque rei catholicæ honestissimo sanctissimoque proposito conjungunt, si labores suos vere volunt esse fructuosos et usquequa laudabiles, constanter meminerint quid ab iis requiratur, qui pro causa optima dīmicant.

Scilicet in scribendo summa cum cura adhibeant necesse est moderationem, prudentiam, maximeque eam, quæ, vel mater, vel comes est virtutum reliquarum, caritatem. Fraternæ vero caritati videtis quam sit contraria suspicandi levitas, criminandi temeritas. Ex quo intelligitur, vitiose et injuste facturos, qui favent uni parti politicæ, si crimen suspectæ fidei catholicæ aliis inferre non dubitent, hac una de causa, quod sunt ex altera parte, perinde ac catholicæ professionis laus cum his illisve partibus politicis necessitate copuletur.

Hæc, quæ hactenus vel monuimus vel præcepimus, auctoritati vestræ commendata sint: quam quidem vereri, et cui subesse necesse est universos, quibus præstis, præcipue vero sacerdotes, qui in omni vita cum privata, tum publica, sive in munericibns sacri ordinis versentur, sive magisterium in Lyceis exerceant, in Episcoporum potestate esse numquam desinunt; iidemque quemadmodum ad omne decus virtutis, ita ad obtemperationem et obsequium, quod auctoritate episcopali tribuere oportet, debent exemplo suo vocare ceteros.

Quo autem omnia ex voto ac prospere cedant, cœlestem opem deprecemur; in primisque perennem illum divinæ gratiæ fontem adeamus, COR sanctissimum Salvatoris nostri Iesu Christi, cuius viget apud vos religio præcipua et vetus. Patrocinia imploremus Immaculatæ Dei Genitricis Mariæ, cuius singulari tutela Lusitanum regnum gloriatur: item Elisabethæ vestræ, feminarum regiarum sanctissimæ, sanctorumque martyrum, qui vel a primis Ecclesiæ temporibus, profuso sanguine, rem christianam in Lusitania constituerunt vel auxerunt.

Interea testem benevolentiae Nostræ et coelestium donorum auspicem, Benedictionem Apostolicam vobis et Clero, populoque vestro universo peramenter in Domino impertimus.

Datum Rom., apud S. Petrum, die xiv. Septembris An. MDCCCLXXXVI, Pontificatus Nostri Nono.

LEO PP. XIII.

DECRETO
de la Sagrada Congregacion de Indulgencias

Sanctissimum Jesu Nomen semper et ubique terrarum præcipua veneratione et singulari prorsus honore Christifideles prosequuti sunt: *non enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (Acto. IV. 12.) Ad hanc venerationis et honoris significationem plurima religionis obsequia plurimasque laudes pietas christiana excogitavit, quibus Nomen augustissimum digne sancte que celebretur.

Hisce profecto accesendae sunt plures Litaniae in

honorem SSmi. Nominis Jesu compositae, quae, licet non omnes probabiles, late tamen per orbem diffusae sunt. In quorum paeconiorum genere, ne varietas haberetur, haud undequaque laudabilis, sa. me. Summus Pontifex Pius IX *Litanias Sanctissimi Nominis Jesu*, quae unice in posterum retinerentur ab omnibus Christifidelibus, per Sacrum Consilium legitimis ritibus tuendis, die 8 Junii 1862, approbavit, fecitque eidem Sacro Consilio facultatem declarandi, Christifidelibus qui eas devote recitaverint, Indulgentiam tercentorum dierum in forma Ecclesiae consueta concessum iri, quando Sacrorum Antistites pro sua quisque dioecesi hanc gratiam speciatim petiissent.

Quum antem nuperrime a pluribus Episcopis SSMo. D. N. Leoni, divina providentia Papae XIII, preces exhibitae fuerint, ut, suarum dioecesum Christifidelibus praefatas *Litanias* recitantibus, ipsam hanc Indulgentiam elargiri dignaretur, Sanctitas Sua desiderans, ut christiani populi pietas erga laudabile Jesu Nomen magis magisque foveatur et augeatur devotio, hisce potissimum temporibus, quibus Nomen illud augustissimum tam audacter tamque frequenter impiorum injuriis impeditur, in Audientia habita die 16 Januarii 1886 ab infrascripto Secretario Sac. Congregationis Iudicantibus Sacrisque Reliquiis prepositae, ad omnes utriusque sexus Christifideles, qui corde saltem contrito ac devote recitaverint⁹ *Litanias Sanctissimi Nominis Jesu*, prouti praesenti Decreto subnectuntur et non aliter, praefatam Indulgentiam tercentum dierum, animabus quoque Purgatorii applicabilem et semel tantum in die lucrandam, benigne extendit. Quam gratiam Sanctitas Sua in perpetuum suffragari voluit, et absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum et SS. Reliquiarum die 16 mensis Januarii an. 1886.

I. B. CARD. FRANZELIN,¹⁰ *Praefectus.*

FRANCISCUS DELLA VOLPE, *Secretarius.*

LITANIAE SANCTISSIMI NOMINIS IESU.

| | | |
|--------------------------------------|---|-----------------|
| Kirie eleison. | { | Miserere nobis. |
| Christe eleison. | | |
| Kirie eleison. | | |
| Iesu, audi nos. | | |
| Iesu, exaudi nos. | | |
| Pater de coelis Deus.. | | |
| Fili Redemptor mundi Deus. | | |
| Spiritus Sancte Deus. | | |
| Sancta Trinitas unus Deus. | | |
| Iesu, Fili Dei vivi. | | |
| Iesu, splendor Patris. | | |
| Iesu, candor lucis aeternae. | | |
| Iesu, rex gloriae. | | |
| Iesu, sol iustitiae. | | |
| Iesu, Fili Mariae Virginis. | | |
| Iesu, amabilis. | | |
| Iesu, admirabilis. | | |
| Iesu, Deus fortis. | | |
| Iesu, pater futuri saeculi. | | |
| Iesu, magni consilii Angele. | | |
| Iesu potentissime.. | | |
| Iesu patientissime. | | |
| Iesu obedientissime. | | |
| Iesu mitis et humilis corde. | | |
| Iesu, amator castitatis. | | |
| Iesu, amator noster. | | |
| Iesu, Deus pacis. | | |
| Iesu, auctor vitae.. | | |
| Iesu, exemplar virtutum. | | |
| Iesu, zelator animarum.. | | |
| Iesn, Deus noster.. | | |

| | | | | | | |
|--|---|---|---|---|---|---------------------------|
| Iesu, refugium nostrum. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, pater pauperum. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, thesaure fidelium. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, bone pastor. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, lux vera. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, sapientia æterna. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, bonitas infinita. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, via et vita nostra. | . | . | . | . | . | <i>Miserere nobis.</i> |
| Iesu, gaudium Angelorum.. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, rex Patriarcharum. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, magister Apostolorum. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, doctor Evangelistarum. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, fortitudo Martyrum. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, lumen Confessorum.. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, puritas Virginum.. | . | . | . | . | . | |
| Iesu, corona Sanctorum omnium. | . | . | . | . | . | |
| Propitius esto. | . | . | . | . | . | <i>Parce nobis, Iesu.</i> |
| Propitius esto. | . | . | . | . | . | |
| Ab omni malo. | . | . | . | . | . | |
| Ab omni peccato.. | . | . | . | . | . | |
| Ab ira tua.. | . | . | . | . | . | |
| Ab insidiis diaboli. | . | . | . | . | . | |
| A spiritu fornicationis.. | . | . | . | . | . | |
| A morte perpetua. | . | . | . | . | . | |
| A neglectu inspirationum tuarum.. | . | . | . | . | . | |
| Per mysterium sanctae incarnationis tuae | . | . | . | . | . | <i>Libera nos, Iesu.</i> |
| Per nativitatem tuam. | . | . | . | . | . | |
| Per infantiam tuam.. | . | . | . | . | . | |
| Per divinissimam vitam tuam. | . | . | . | . | . | |
| Per labores tuos.. | . | . | . | . | . | |
| Per agoniam et passionem tuam. | . | . | . | . | . | |
| Per crucem et derelictionem tuam.. | . | . | . | . | . | |
| Per languores tuos.. | . | . | . | . | . | |
| Per mortem et sepulturam tuam. | . | . | . | . | . | |

Per resurrectionem tuam
 Per ascensionem tuam
 Per gaudia tua.
 Per gloriam tuam.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

*Libera
nos, Iesu.*

*Parce nobis,
Iesu.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Exaudi nos,
Iesu.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Miserere nobis,
Iesu.*

Iesu, audi nos.

Iesu, audi nos.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui dixisti: Petite, et accipietis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis: quae sumus, da nobis potentibus divinissimi tui amoris affectum, ut te toto corde, ore et opere diligamus, et a tua nunquam laude cessemus.

Sancti Nominis tui, Domine, timorem pariter esse amorem fac nos habere perpetuum, quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuae dilectionis instituistis. Qui vivis et regnas, etc.

MINISTERIO DE HACIENDA

Real orden sobre suspensión y nulidad de subastas de bienes eclesiásticos.

Ilmo. Sr.: La instrucción de 31 de Mayo de 1855, para el cumplimiento de la ley de 1.^o del mismo mes, decretando la desamortización general civil y eclesiás-

tica, al determinar en su art. 103 las atribuciones propias de los Gobernadores de las provincias en los expedientes de subastas, redenciones de censos y su venta, les concedió, entre otras, la de «señalar dia y hora para la subasta, sino hubiese reclamación sobre división, ó de cualquiera otra clase, en cuyo caso suspenderá el señalamiento y ordenará se forme el oportunuo expediente para que, dando conocimiento á la Junta y emitiendo ésta su dictamen, se eleve á la resolución de la superior.

Para la instrucción del expediente, dictamen de la Junta provincial y remisión á la superior, solo mediará el tiempo de 15 días.»

Del texto de la preinserta disposición, se deduce de una manera incuestionable y sin género alguno de duda que, la facultad de aquellos funcionarios limitábase única y exclusivamente á la de suspender el señalamiento de dia y hora para la subasta, ó lo que es lo mismo, el anuncio de ésta en el *Boletín Oficial*, sin alcanzar á la de suspender las subastas, después de anunciadas; mas como, no obstante la claridad del precepto, los Gobernadores de las provincias frecuentemente, y á virtud de reclamaciones que en ocasiones carecían de la debida justificación del derecho alegado por el reclamante, acordaban estas suspensiones, por Real órden de 8 de Junio de 1859, se previno á los mismos que, *una vez anunciada la subasta de una finca en los Boletines oficiales, no podian acordar la suspensión de la venta*, sin que la queja ó reclamación que la motivase fuera apoyada en documentos fehacientes ó pruebas legales.

Esta Real órden, que vino, no á reglamentar una atribución legal de los Gobernadores de provincia, sino á sancionar la que ellos se habían arrogado, si bien limitándola á los casos en que á la reclamación acompañen los documentos ó pruebas que exige en justificación del derecho con que el reclamante pida, ha sido interpretada en una forma tan extensa por aquellos funcionarios primero, y hoy por algunos Delegados de Hacienda en las provincias, á quienes competen las atribuciones que á los Gobernadores competían en materia de desamortización, que viene obser-

vándose que con bastante frecuencia y suma facilidad se acuerden aquellas suspensiones, y en casos hasta sin la previa reclamación de parte y sólo por la excitación de Autoridades ó corporaciones que fundan su petición en razones de conveniencia.

Así se explica lo importante de la cifra á que se eleva el número de subastas suspensas pendientes de la tramitación y resolución de los expedientes respectivos. Y en su vista, y con el propósito de evitar la reproducción de esas suspensiones que lesionan los intereses del Tesoro público, retrasando injustificadamente en ocasiones el ingreso en sus arcas de importantes sumas, á la vez que con el de normalizar la situación de cuantas subastas se hallen pendientes de la resolución de aquellos expedientes:

Considerando que el anuncio en el *Boletín oficial* de la subasta de una finca ó derecho del Estado, como comprendido en la desamortización, supone la incautación anterior por la Hacienda pública de la finca ó derecho sin protesta ó reclamación de parte interesada en contrario, porque de existir una ú otra sin resolver previamente sobre ella, el anuncio no debió hacerse, conforme á lo expresamente dispuesto por el art. 12 de la instrucción de 20 de Marzo de 1877, y resolución 4.^a de la Real órden de 9 de Marzo de 1868, sin incurrir en la responsabilidad que la primera de estas disposiciones establece:

Considerando que toda reclamación posterior á dicho anuncio supone la impugnación de un derecho de que la Hacienda pública se halla ó debe hallarse ya posecionada, y, que en tal concepto, para que la reclamación pueda prosperar en la vía gubernativa, es de necesidad que el derecho alegado se justifique debidamente con documentos legales y pruebas fehacientes que demuestren que á la Hacienda no corresponde el que trata de trasmitir:

Y considerando, en fin, que la mera celebración de la subasta no infiere perjuicio al reclamante que se crea con derecho á la finca anunciada; y que por lo tanto su reclamación debe entenderse, no contra ésta, sino contra sus efectos ó consecuencias, ó sea contra la adjudicación, acto constitutivo del perfeccionamiento -

to de la venta porque es el que concede al rematante el derecho á entrar en posesión, prévia las formalidades de reglamento.

S. M. la REINA (Q. D. G.), Regente del Reino, se ha servido disponer.

1.^º Que las reclamaciones sobre suspensión de señalamiento de subastas se tramiten y resuelvan con arreglo á las disposiciones vigentes, observándose puntualmente cuanto previene el núm. 5.^º del artículo 103 de la instrucción de 31 de Mayo de 1855, teniendo presente el término fatal de 15 días para la instrucción del expediente.

2.^º Que las reclamaciones sobre suspensión de subastas de bienes ó derechos procedentes de la desamortización, ya anunciadas en el *Boletín oficial*, no impedirán que éstas se celebren en el dia designado, considerándose aquéllas como interpuestas contra la adjudicación del remate, que corresponderá hacer en tal caso al Ministro de Hacienda.

3.^º Que la dirección general de Propiedades y Derechos del Estado cuide de adjudicar los remates respecto de cuya subasta no haya habido reclamación en el término máximo de tres meses, concediéndose á los rematantes, por la demora en este servicio, el derecho de recurrir en queja al Ministerio.

Y 4.^º Que en el término de seis meses se revisen por la citada Dirección todos los expedientes relativos á subastas suspendidas hasta la fecha; debiendo, cuando se acceda á la suspensión, consultar el acuerdo al Ministerio de Hacienda, quien resolverá, prévia audiencia de la Dirección general de lo Contencioso del Estado.

De Real órden lo digo á V. I. para su más exacto cumplimiento. Dios guarde á V. I. muchos años. Madrid 29 de Mayo de 1886.—CAMACHO.—Sr. Director general de Propiedades y Derechos del Estado.

Según la precedente Real órden, publicada en *La Gaceta* de 30 de Mayo último, los Curas párrocos, superiores de Comunidades religiosas y todos los interesados en que por parte del Estado no se vendan en pública subasta fincas que pertenezcan á la Iglesia, por no caer dentro de la acción de la desamortización en

virtud de alguna de las varias circunstancias que libran de ella á los bienes eclesiásticos, pueden intentar dos distintos procedimientos: uno de suspensión de señalamiento de remate; otro de nulidad del mismo.

El primero deben entablarle ante el Sr. Delegado de Hacienda de la provincia, antes que se publique el señalamiento de la subasta en el *Boletín oficial*. El segundo deben promoverle ante el mismo Sr. Delegado de Hacienda, antes de la adjudicación del remate, desde que la subasta haya sido anunciada en el *Boletín oficial*. Y, como por regla general, el segundo procedimiento será el que tendrá que intentarse en los casos que pueden ocurrir, conviene que, en cuanto sepan que una finca eclesiástica se halla puesta á la venta indebidamente, se procuren las pruebas convenientes para la justificación de que la propiedad de la finca no corresponde al Estado, sino á la Iglesia, ó á quien pertenezca, y que, protestando contra la adjudicación del remate en el acto de su celebración, por no ser el dominio de la finca del Estado, incoren inmediatamente el expediente oportuné ante el Sr. Delegado de Hacienda, sosteniendo la pertenencia de la finca y consiguientemente la nulidad de la venta hecha por el Estado, que no es el dueño de ella.

(Del *B. E. de Santiago*.)

SECRETARÍA DE CÁMARA.

S. S.^a Ilma. el Obispo, mi Señor, ha determinado celebrar, Dios mediante, Ordenes generales menores y mayores en los días 25 y 26 del próximo Marzo, feria sexta y Sábado ante Dominicam Passionis. Los aspirantes deberán presentar sus solicitudes documentadas antes del 15 del corriente y concurrir al Sínodo que tendrá lugar el 18 del mismo.

Salamanca 30 de Enero de 1887.—*Dr. Pedro García Repila, Serio.*



COLLATIO MORALIS

DIE XXI FEBRUARII HABENDA.

Euphemius non dubitat asserere legem prohibentem clericis armorum gestationem, ludum alearum, interessentiam choreis, theatris atque taurorum spectaculis, venationem et negotiationem, in desuetudinem abiisse, ideoque, non peccare hujusmodi præcepta infringentes.

Hinc quæritur: Quænam sunt obligationes clericorum negativæ.—Quid de casu.

CRÓNICA DIOCESANA.

El R. P. Bascourret, de la Compañía de Jesús, ha reunido la cantidad de 1800 pesetas para la obra de la Santa Infancia, de la cual está encargado en nuestra diócesis. Dicha suma procede de las suscripciones y limosnas del Santo Jubileo, y ha sido remitida con destino á los piadosos fines de la obra.

Salamanca. — Imp. de Oliva.